




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:3-46792/fragment/page=0001

Zur  
Gräfl. vom Hagen'schen

Majorats - Bibliothek



MÖCKERN

gehörig.

No 1415

21 Mrz

IO. GEORGII ESTOR

CONSIL. AVLICI SAX. PROF. IVR. ORD. TRIBVNALIS SERENISS.  
SAXONIAE DVCVM QVOD IENAE EST FAC. ICTORVM  
ITEMQVE SCABIN. COLLEGII ADSESSORIS

S C H E D I V M

DE


I V R E

# POSCENDI LITTERAS

QVAS VOCANT

C R E D E N T I A L E S

A L E G A T I S .



---

I E N A E

E X O F F I C I N A R I T T E R I A N A


A. O. R. C I O I 9 C C X X X X .



IO. GEORGII ET  
CLEMENTIAE ET TRINITATIS  
EXCELESTIAE ET ANGELICAE  
EXALITATIONIS ET GLORIE  
SACRAE TRINITATIS  
BENIGNITATIS  
PREGNANTIAE  
LITERAS  
DOMINI  
IESU  
ANDREAS  
VICTORI  
GERARDI  
DOMINI  
LEGATIS



САНКТ  
АНАНДИИ  
АНОНДО  
ХІІІ



§. I.

**E**VENIT interdum, ut, quum reges vel principes exteri in germaniae partes legationes circummittunt, controuersia exsistat de mandato legati exhibendo vel de litteris commendatitiis adferendis. Nam dantur, qui, si legationem nomine regis aut principis extranei suscep- runt, et vel ad ordines imperii excucurre- runt, vel in germaniam profecti sunt, ac in territorio cuiusdam, qui est e numero procerum imperii, legationem gerunt, se ad exhibendas litteras, quas vocare solent, creden- tiales, vel ad perferendam epistolam com- mendatitiam, a mittente subscriptam, haud obstrictos esse nonnunquam contendunt,

§. II.

Quapropter paucis hanc quaestione in heic pertractare operaे pretium est visum,

A 2

quo

quo pateat singulis, quam irrito conatu haec  
res a non nullis in disceptationem nuper  
fuerit vocata.

## §. III.

Quod ut rite fiat, velim scias, legati no-  
men generatim nobis significare mandata-  
rium publico nomine missum. Mandata-  
rium voco legatum, quoniam haec vox ideam  
legati omnium optime exprimit. Neque  
primus ego sum, qui per mandatarium ex-  
plicet vocabulum legati, siquidem CORNE-  
LIVS VAN BYNKERSHOEK in *quaestzionibus iuris publici* libro II. capite VII. p. 228. et NICO-  
LAVS HIERONYMVS GVNDLING in *iure naturae ac gentium* capite XXXVI. §. CLVII.  
p. 483. legatum iam ita definiuerunt, immo  
ipsi summi imperantes legatos suos hoc no-  
mine compellare soliti sunt. Nam Ferdi-  
nandus I. imperator in litteris, quibus suis  
legatis, ad concilium Tridentinum anno cI5  
I5 LI missis, copiam et auctoritatem agendi  
dedit, illos disertis verbis mandatarios voca-  
uit. Faciam, vt verba heic legas, de quibus  
mihi est sermo: „Cum - - nos - - ob ad-  
„uersam valetudinem, cum qua aliquamdiu  
„,iam



„iam continuo ferme conflictamur, tum aliis  
„negotiis impediti, eidem concilio, vti cu-  
„piebamus, personaliter interesse non possi-  
„mus; ne tamen muneri nostro in re tam  
„ardua defuisse videamur, operaे precium  
„duximus, MANDATARIOS et PROCVRATO-  
„RES nostros eo ablegare, - - - dantes eis,  
„et cuilibet eorum in solidum, amplam facul-  
„tatem et potestatem, vt omnes simul, aut  
„tres, duo, vel vnus ipsorum, nomine nostro  
„in dicto concilio oecumenico comparere,  
„in omnibus sessionibus nostrum locum, vti  
„oratores et MANDATARII nostri, habere,  
„res et negotia religionis et fidei, et alia  
„quaecumque in praedicto concilio tractan-  
„da, vna cum aliis ibidemstantibus reipubli-  
„cae christianaе principibus, eorumue lega-  
„tis, oratoribus, MANDATARIIS, consulta-  
„re, agere et tractare, illisque omnibus et per  
„omnia adesse, consilium, votum et decre-  
„tum nostro nomine dare, impertiri ac in-  
„terponere, aliaque omnia tractare, procu-  
„rare, agere, concludere et exercere debeant,  
„et possint, quae ad Dei gloriam, fidei vnio-  
„nem et exaltationem, et reipublicae chri-

A 3 „stianae



„stianae honorem, commodum et augmen-  
 „tum pertinere, et in ipso concilio expedire  
 „visa fuerint, et quae nos ipsi agere, tractare, pro-  
 „curare et possemus, si praemissis omnibus et  
 „singulis personaliter interessemus, cet.

## §. IV.

Quemadmodum vero legati vox gene-  
 ralis est, et mox legatum primi ordinis no-  
 nat, quem galli ambassadeur vocant, mox  
 autem deputatum significat, modo ablega-  
 tum, envoyé, modo commissarium innuit,  
 nunc legatum extraordinarium significat; ita  
 mandati tabulae, seu, quod idem est, diploma  
 legationis, vel, si mauis, litterae, quas creden-  
 tiales appellant, demonstrare debent, quem-  
 nam characterem mandatario suo tribuerit  
 princeps, qui eum misit, prout recte monuit  
 CAESARINVS FÜRSTENERIVS, vel, qui sub  
 hoc nomine latet, GOTTOFREDVS GUILIEL-  
 MVS L. B. DE LEIBNITZ *de suprematu capi-*  
*te VI. p. 18.* Belgae eorum, qui legationis  
 munere funguntur, potestatem sive manda-  
 tum olim vocabant *procuratie*, quod nunc,  
 perhibente CORNELIO VAN BYNKERSHOEK

L.c.



I. c. volmagt, vel een volmagt of credentiaal dicer, germani autem creditiv vocare solent.

§. V.

Interim, quum mittens legatum sit mandator, et legatus sit eius mandatarius, necesse est, ut agendi potestas seu mandatum huic detur ab ipso summo imperante, vel a maiestate. Idem sentiunt AVGVSTVS FRIDERICVS MÜLLER in der einleitung in die philosophischen wissenschaften drittem theil, welcher das natur- und völcker-recht in sich enthält, capite XXIII. §. II. p. 837. et IO. LAVENTIVS FLEISCHER libro III. capite XV. §. v. institutionum iuris naturae et gentium p. 593. Si enim legatus absque agendi facultate sive mando comparet, nec pro legato agnoscit, nec ad expedienda negotia admitti potest.

§. VI.

Nam, ut legatus admittatur, hoc non profuit e iure perfecto, sed ex officio humanitatis. Ex admissione legatorum et agnitione dignitatis eorundem demum ius perfectum nascitur. Quam primum enim muneris et aduentus sui rationem et scopum ciuitati



tati exteræ, quam adit, more consueto significauit, et negotiorum, quorum cauſa missus est, tractandorum facultatem, quae, si ita, placuerit, etiam patiendo concedi potest, accepit, tum tacite cum ipſo et ciuitate, cuius nomine venit, pactio initur, et vna promittitur, quod cum dignitate legati apud gentem illam morari queat. Euolue IOANNEM FRIDERICVM WEIDLERVM capite XI. sectione II. §. xxxvii. *institutionum iuris naturae et gentium* p. 408.

### §. VII.

Sufficit autem generale seu publicum mandatum, quo legatis generatim committitur negotium aliquod expediendum, id quod litterae credentiales sunt. Firmant, quae dixi, GOTTOFREDVS STIEVE in *europeischen hofceremoniel* p. 235. et RICHARDVS ZOVCHAEVS de *iure faciali* p. 92. nec non FRANCISCVS FRIDERICVS L. B. AB ANDLERN tomo II. *corporis constitutionum imperialium* parte I. p. 793. n. 14. ac IO. ERNESTVS OLYMPIVS DE HEIN in *iure publico* p. 888. item IO. GEORGIVS DE KVLPIS *de legationibus statuum imperii* capite XII. §. II. et IX.

### §. VIII.



§. VIII.

Generali mandato opponitur hoc casu speciale mandatum seu priuatum, quod instructionem vulgo appellant. Mecum facit DE WICQVEFORT *de l'ambassadeur et ses fonctions* libro I. sectione XVI.: pour les affaires ordinaires l'ambassadeur n'a pas besoin d'un pouvoir special, mais la lettre de creance suffit. Cum quo consentit DE CALLIERES *de la maniere de negocier avec les souverains*, capite XI.

§. IX.

Vbi vero alicui committitur legationis munus, ut rem quamdam peculiarem siue speciale negotium apud alium summum imperantem curet, speciali opus est agendi copia seu mandato eoque publico, quod diploma facultatis seu instrumentum procuratorum, teste IOANNE NICOLAO HERT parte I. sectione XI. §. xi. *elementorum prudentiae ciuilis*, nuncupant.

§. X.

Hoc vel certis terminis est definitum, vel minime circumscriptum. Isto casu circumscriptiones vagae, et ad mandata secreta,

B ta,



ta, vulgo instructionem, legati se referentes, haud valent, quoniam hac non obligatur princeps, ad quem missus est legatus, quandoquidem secreta mandata non pertinent ad rem eius, cum quo agitur, notante AVGVSTO FRIDERICO MÜLLERO l.c. p.843.

### §. XI.

Absque mandato ille, qui legationis munus se obire affirmat, legatus non est, partim quia summo imperanti, ad quem mittitur ille, de charactere eius nihil constat, partim quia ipsi nulla fides de rebus, quas expedire cupit, haberi potest.

### §. XII.

Bene igitur DE WICQVEFORT l.c. sectione XV. p. 247.: les lettres de creance sont nécessaires à l'ambassadeur; tant parce qu'elles lui donnent le *caractere*, et le font *connoître* au prince à qui on l'envoyé, que parce que sans elles il n'est pas capable de de negotier, et p. 257.: supposé donques que les lettres de creance donnent le *caractere* au ministre, et qu'elles le font *connoître* au prince, a qui les lettres s'addressent, a fin qu'il le fasse jouir de



de sa protection et de celle du droit des gens, il s'ensuit que les princes qui n'ont point de connoissance du caractere, ne son pas obligés de respecter le ministre. Aussy ne pechent ils point contre le droit des gens, s'ils le traittent d'egal avec les autres particuliers. Adde IV.  
LIVM BERNHARDVM DE ROHR parte II.  
capite III. §. 14. der einleitung zur ceremoniel-wis-  
senschaft p. 384.

### §. XIII.

Quamobrem, si ab ipso denunciatum fuerit, quod characterem repraesentatiuum ciuitatis suae gerere iussus sit, et sine contradicione pro tali habeatur et admittatur, deinceps iure suo ea omnia, quae sibi in tam eminenti honoris et dignitatis gradu constituto debentur, postulare potest, prout recte rationes subduxit IOAN. FRIDERICVS WEIDLER capite XI. sectione II. §. XXXVIII. institutionum iuris naturae et gentium p. 409.

### §. XIV.

Hinc FRANCISCVS SCHMIER in iuris prudentia publica vniuersali libro IV. capite IV. sectione III. §. I. p. 378. ante omnia litteras

B 2 manda-



mandati inspiciendas esse, recte monuit. Idcirco IO. NICOL. HERT in *elementis prudentiae ciuilis* p. 186. in litteris credentialibus, ut vocant, formam legati consistere, bene statuit.

### §. XV.

In diplomate autem legationis, quod exhibet primi ordinis legatus, haec plerumque leguntur: *Eure Maiestät wollen diesem unserm Minstre, gleich uns selbst, auf- und annehmen; wie wir ihm dann die macht ertheilet, sich aller uns zustehenden praerogativen und gerechtigkeiten zu bedienen.*

### §. XVI.

In illis, quas perfert legatus secundi ordinis, envoyé, talia obseruo: *Eure Maiestät wollen ihm in allem, was er vorbringen wird, gleich uns selbst, vollen glauben beymessen.*

### §. XVII.

Imperator augustus, si quem commissarium primarium in comitiis imperii esse vult, ita scribere solet ad ordines: *ihr wollet denselben als unsern gevollmächtigten kayserlichen principal-commisarium und repraesentanten erkennen,*



kennen, ehren und achten, ihm in gegenwärtigen  
reichs-tags-sachen, gleich uns selbsten, vollkomme-  
nen glauben beymesssen.

§. XVIII.

Is, quem imperator ad comitia mittit, vt  
concommissarii munus obeat, eius agendi co-  
pia sequendi modo proceribus imperii signi-  
ficari solet: *ihr wollet denselben, als unsern zu ge-  
genwärtigem reichs-tage verordneten kayserlichen  
concommisarium und mit-gevollmächtigten erken-  
nen, ehren und achten, denselben in ieweils vorfal-  
lenden reichs-tags-sachen, gleich uns selbsten, vollkom-  
menen glauben beymesssen, und euch in allem gegen  
ihn dergestalt bezeigen, cet.*

§. XIX.

Qui plenipotentiarii munere fungitur,  
hanç agendi facultatem exhibit: *weil es die  
ietzigen zeiten und der sachen umst nde nicht wohl  
verstatten, denselben  ber eine iegliche handlung mit  
besondern creditiven, oder vollmachten zu verse-  
ben; so haben wir zu verb tung aller daraus zu be-  
sorgenden verz gerung, n thig gefunden, erwehn-  
ten N. N. zu unserm bevollm chtigten Ministre mit-  
tels dieses zu verordnen, und ihm volle macht und*

B 3

gewalt



gewalt zu ertheilen, mit allen und ieden, wes stan-  
des und würden die auch seyn mægen, in unserm  
nahmen über alles zu handeln und zu schliessen, was  
zu unsern diensten und nutzen mæchte gereichen  
kænnen: und versprechen wir bey kœniglichen wor-  
ten, daß wir alles, was gemeldter N. N. solcherge-  
stalt handlen und schliessen wird, vor genehm achten,  
und zur gæntzlichen vollstreckung bringen lassen  
wollen.

### §. XX.

Immo ille, qui legato est ab epistolis, se-  
quens de munere suo offert ei, ad quem mit-  
titur legatus, testimonium: daß Ihre Maiestät  
demselben einen freyen access bey dero Ministres  
verstattet, auch, was er denenselben in dero nahmen  
vortragen würde, glauben beymessen, und mit ei-  
ner convenablen antwort darauf versehen wolle.  
Compara IO. CHRISTIANI LÜNIG *theatrum  
ceremoniale historicopoliticum* tomo I. p. 374.

### §. XXI.

Quicunque enim iura et priuilegia ab  
aliosibi tribui desiderat, is omnino alterum de  
charactere suo certiorem reddere debet. Id  
quod fit, si mandatum proferat, sibi a mittente  
datum.



datum. Deinde iura et priuilegia legatorum his non intuitu ipsorum, sed ratione mitten-tium conceduntur. Ex quibus sequitur, vt mittens ipse testari debeat de charactere legati sui, qualem nempe tribuerit suo mini-stro, quem hunc in finem misit.

§. XXII.

Isti enim, qui affert principis sui faciem et personam, idem exhibendus est honor, qui principi praesenti debebatur. Quemad-modum igitur, si princeps aliquis supremus ad gentem exteram, vel eius rectores, sese conferret, maiestatis, qua pollet, decus splen-didissimum retineret, quod etiam apud exterios reuerenter habendum colendumque esset; ita similiter legatus, qui vices absentis gerit, ob hunc characterem repraesentatiuum insignia quaedam priuilegia omnino pro-meretur. Id quod docuit IOANNES FRIDERI-CVS WEIDLER l.c. §. XL.

§. XXIII.

Ergo manifestum est, quod is, qui in cu-piditatem legati honorum incidit, edere de-beat



beat mandatum, quo de munere ac dignitate  
legati certo constet.

### §. XXIV.

An vero a commissariis postulare queant  
ciues editionem mandati? alia est quaestio.  
Per illos intelligo ministros publicos, iuris-  
dictionem eius, a quo missi sunt, non egre-  
dientes, obseruante GOTTOFREDO GUILIEL-  
MO L. B. DE LEIBNITZ l.c. p.24. Eo enim  
casu utimur vocabulo commissarii, quando  
summus imperans cum eis, qui ipsi parent, de  
negotiis per aliquem agit, prout recte animad-  
uertit GOTTOFREDVS ERNESTVS FRITSCH  
in *iure publico vniuersali* §. CLXII. p.176. Hinc  
legati caesaris ad comitia imperii, vel ad pro-  
ceres germaniae missi, commissariorum no-  
mine veniunt. Immo pontifex romanus in-  
tuitu iurisdictionis spiritualis nuncios suos  
esse commissarios, contendit, docente GOT-  
TOFREDO GUILIELMO L. B. DE LEIBNITZ  
loc. cit. p. 24.

### §. XXV.

Eiusmodi commissarii per rescriptum,  
quod commissoriale vocant, reddere solent  
illos



illos de munere suo certiores, ad quos mit-tuntur, id quod notissimum est, et satis abunde hoc testantur litterae, quas caesar augustus de persona legati primarii, qui commissarius audit, ad ordines imperii in comitiis mittere solet.

§. XXVI.

Cui dubium hoc, quod dixi, adhuc vide-tur, is legat codicillos, quos anno cIcIccxc exhibuit Ferdinandus, princeps de Lobko-witz, commissarius caesaris in comitiis impe-rii, apud ANTONIVM FABRVM tomo I. *der Staats-cantzelle* p.8., et quos edidit anno cIcIccxvi, Christianus Augustus, cardinalis Saxo, munere commissarii primarii Ratis-bonae fulgens, apud eundem l.c. tomo xxviii. p.721. nec non credituum, vt audit, quod Leopoldus imperator dedit anno cIcIccLXII. Guidobaldo, archiepisopo Salisbur-gensi, et legitur *im neuesten teutschen reichs-tags-theatro* p.176.sq.

§. XXVII.

Succurrit mihi iam alia quaestio: num eo casu, quando princeps quidam v.g. gal-liae  
C



liae rex vel pontifex romanus legatum in germaniam ad negotia sua curanda mittit, ac simul vult, ut tali ministro iura, honores ac priuilegia legatorum tribuantur, opus sit litteris, ut vocant, credentialibus?

### §. XXVIII.

Et quilibet primo animaduertit obtutu, quod hic mihi non sit sermo de legato regis extranei ad comitia imperii missō. Quippe qui tam commissario caesaris primario, quam proceribus imperii characteris seu dignitatis suae fidem facere debet per codicillos, vulgo credentiales. Probant, quae dixi, litterae, quas galliae regis ablegatus, de Grauel anno **cIc LXIII.** commissario caesareo dedit, et aliae, quibus idem de suo legati munere cunctos imperii status certiores reddidit. Vtraque epistola prostat *in neuesten teutschen reicht-tags-theatro* p. 980. sq.

### §. XXIX.

Quin potius, quaestio, quam formaui, sic erit intelligenda, ut mihi sit sermo de legato regis vel principis exotici, qui in ditione status cuiusdam imperii commoratur, et cum hoc

hoc aliisue de quibusdam negotiis agere cupit. Ac vident omnes, quod etiam hic requiratur diploma legationis, vulgo litterae credentiales, quo partim constet de munere legati, partim ne in cassum agatur cum persona, quae mandato caret.

§. XXX.

Nec est, quod obiicias, ordines imperii in eadem summa potestate non viuere, in qua conspiciuntur reges exteri. Nec obstat, quod proceres imperii tam pleno iure non imperent, quam alii reges Europae,

§. XXXI.

Certum enim est, quod ordinibus imperii competit ius recipiendi legationes solemnies, prout testantur, vel ipsi iurium caesariorum vindices strenui, videlicet IACOBVS BERNHARDVS MVLZ *de maiestate imperatoria iuri suo asserta* parte II. capite XXI. §. IV. n. 92. sqq. p. 702. FRANCISCVS FRIDERICVS L. B. AB ANDLERN tomo II. *corporis constitutionum imperialium* parte I. p. 790. n. 2. et p. 493. n. 25. ac FRANCISCVS SCHMIER l. c. §. 2. n. 47. p. 375. Adi praeterea alios, qui pro  
C 2 iuri-



iuribus statuum hac in parte certarunt, nimurum GOTTOFREDVM GVLIELMVM L. B. DE LEIBNITZ l. c. capite LV. atque IOAN. GEORGIVM DE KVLPIS l. c. p. 997. sq. cum primis vero IO. NICOL. HERT *de superioritate territoriali* §. XXXVIII. in fine, et, qui de comitibus imperii idem docet, dn. IO. ADAMVM KOPP *de insigni differentia inter S.R.I. comites et nobiles immediatos* p. 254. vbi litteras, quas vocant credentiales, a rege galliae, Ludouico XIV. ad Wolfgangum Henricum, comitem Isenburgicum datas, in medium attulit.

### §. XXXII.

Recte itaque ex dictis concluditur, quod legatus regis vel principis exteri, ad aliquem ex ordinibus imperii missus, diploma legationis producere debeat. Quod si edere recusat, iure optimo maximo denegatur eiusmodi legato admissio et receptio, testibus FRANCISCO SCHMIER l. c. sectione IV. §. I. p. 381. et RVDOLPHO GOTTOFREDO KNICHEN in *opere politico* libro II. parte II. sectione I. th. XIV. p. 818.

### §. XXXIII.



§. XXXIII.

Namque legato iuste accessus negatur, quando vel ipse vel princeps mittens indignationi caussam dedit, quia hoc casu officium humanitatis non violatur, adeoque aduersus eum, qui legato accessum denegat, conquerendi nulla suppetit caussa, nec cogendi, nec belligerandi facultas inde nascitur, censente  
IO. FRIDERICO WEIDLERO l.c. p. 408.

§. XXXIV.

Vltima nunc sese offert quaestio, paucis adhuc discutienda. Contingit nonnunquam, ut regum vel principum exterorum legati semel atque iterum et saepius mittantur ad plures ordines imperii, sedem vero ac domicilium habeant in ciuitate quadam imperiali, v. g. Francofurti ad Moenum, Coloniae Agrippinae vel Hamburgi. Tametsi vero cum Coloniensibus vel Hamburgensibus huiusmodi legatis nihil agendum transigendumque sit; quaestio tamen suboriri solet: an nihilo minus tales legati obligati sint, ut magistratui ciuitatis, in qua commorantur, edant litteras credentiales, vel saltim a mit-

C 3

tente



tente perferant ad senatum litteras commen-  
datitias, quibus huic indicium fit de suscep-  
tione legationis munere?

§. XXXV.

Et quiuis facili negotio perspicit, quod  
is, qui legationem obit, atque ideo ab aliquo  
honoress, iura, immunitates et protectionem  
desiderat, illum etiam certiorem reddere de-  
beat de sua, quam suscepit legatione et cha-  
ractere, quem gerit mittentis nomine. Iam  
vero ille, qui legationis munus administrare  
vult, honores et immunitates recipit intuitu  
eius, qui ipsum misit legatum. Quamobrem  
necessè est, ut mittens ad notitiam magistra-  
tus deferat munus et characterem oratoris  
sui, quod siue fiat per diploma legationis, siue  
per litteras commendatitias, perinde est.

§. XXXVI.

Eo autem casu, quo mittens hoc facere  
renuit, aut legatus id superuacuum esse con-  
tendit; tunc magistratus secundum tradita-  
~~DE WICQVEFORT l.c.~~ vel minima obseruan-  
tia colere legatum haud obligatus est, sed ei  
cunctos recte denegat vsitatos honores, im-  
munitates ac praerogatiwas.

§. XXXVII.



§. XXXVII.

Neque sufficit, si primarius mittentis minister, vel qui primus est ab epistolis eius, vulgo secretarius status, suo nomine de munere ae dignitate legati per litteras testimonium perhibere velit.

§. XXXVIII.

Qui enim ab aliquo postulat usum immunitatis, atque honoribus ornari cupit, ille absque ullo dubio ei, a quo desiderat quasdam prerogatiwas, muneric sui rationem debito modo significare debet, id quod fit per litteras a mittente ad magistratum, apud quem commoratur legatus, scriptas.

§. XXXIX.

Hoc si facere recusat aut legatus, aut eius mandator, contemni videtur magistratus, et in iusta ignorantia de charactere legati constituitur. Quis autem dixerit iure gentium laudentem a contemto honoribus et officiis esse prosequendum? Profecto nemo. Etenim qui officio humanitatis erga alios defuit, non miretur, si idem ipsi promte non exhibeat.

§. XL.



## §. XL.

Nullo itaque modo peccant proceres imperii, si huic ministro, ipsos contemnenti, nullum deferant honorem, sed dum illi iusta nituntur ignorantia, cum eius patrocinium seu protectionem repudiare, tum iura et honores legato visitatos recte denegare possunt, prout non ita pridem de huiusmodi controuersia de iure respondisse facultatem nostram memini.

## §. XLI.

Nec abs re erit, si responsum illud cum beneuolo lectore hoc loco communicem:

*Als uns eine facti species nebst angehängter frage zu gesender und darüber unsere rechtliche meynung verlanget worden, demnach sprechen wir vor recht:*

*Schicket ein grosser fürst, dessen staaten außer den grantzen des H. R. Reichs gelegen seyn, seinen abgesandten vornehmen rangs auf des H. R. Reichs boden, und zwar in das gebieth eines reichs-stands, um darin zu residiren, iedoch in der masse, daß er eben nicht mit diesem reichs-stand unterhandlungen pflegen, sondern vielmehr seines fürstens anderweitige geschäfte allda beobachten solle. Verlanget von nur erwehntem reichs-stand dieser gesandte, daß er als ein repraesentirender Minstre von jenem in schutz aufgenommen, sodann für einen gesandten erkannt, auch öffentlich dafür verehret, nicht minder wegen seiner consumtion gefreyet*



freyet werde. Hat indessen ermeldter gesandter wegen seines fürstens bey besagtem reichs-stand durch ein creditiv seine person nicht legitimiret, sondern will vom gesandten dafür gehalten werden, daß vor einen dergleichen reichs-stand schon genug sey, wenn von des gesandtens fürsten an den reichs-stand etwa durch den ersten ministre oder staats-secretar ein ehren-schreiben abgelassen würde. Entsteht dabe-  
ro die frage :

Ob ein solcher gesandter, nach maßgebung des völcker-rechts oder des gast-rechts, auch nach den officiis humanitatis schuldig sey, entweder ein creditiv oder doch ein glaub- und ehren-schreiben, darin sein caractere angezeiget wird, nicht weniger die ansuchung geschiehet, daß man ihm die gewöhnlichen ehren-bezeigungen und freyheiten angedeihen lassen mächte, von seinem fürsten selbst vorzulegen, und dem reichs-stand, in dessen gebieth angeregter gesandter sich aufhalten will, zu behändigen, vorberührter reichs-stand hergegen nicht eher verbunden sey, dem gesandten den schutz, die ehren-bezeigungen und freyheiten zu theil werden zu lassen, bevor dieser sich bey ihm gedachtermassen legitimiret babe?

Ob nun wohl es das ansehen gewinnen dürfte, daß der gleichen anstinen eines reichs-stands, wann dieser zumahl

D

etwa



etwa kein chur- oder ander anderer mächtiger reichs-fürst  
 Jeyn solte, vor unbegründet zu halten wäre, gestalt ein gesandter keines creditus bedarf, wo er nicht mit iemanden einige geschäfte zu betreiben hat, sondern alsdann genug seyn möchte, wenn etwa durch den ersten ministre oder staats-secretar nur bekannt gemacht wird, daß der abgeschickte ein accreditirter ministre oder gesandter sey, dieser aber eben so wenig als ein anderer ciuis honoratus seine person besonders zu legitimiren pflichtig sey, zumahl in dem fall, wenn nemlich ein auswärtiger souverainer fürst in die lande eines teutschen reichs-stands einen gesandten abschicket, in rechtlicher erwegung, daß eigentlich nur ein freyer staat, an den andern, gesandten abzuordnen pflege,

IO. NICOL. HERT in *element. prudent. ciuil. P. I.*  
*sect. 9. §. 7. p. 183.*

P. FRANCISC. SCHMIER in *iurisprudent. publ.*  
*vniuersali L. 4. cap. 4. sect. 2. §. 2. n. 48. p. 375.*

bergegen ein teutscher reichs-stand vor einen souverainen fürsten nicht zu halten wäre, über dies, nach dem franzöfischen ceremoniel, ein gesandter zwar zwey schreiben mit bekomme, deren das erstere lettre de cachet, oder cantzelley-schreiben, so der staats-secretar ausfertigt und unterschreibt, genennet wird, das andere aber ein hand-schreiben ist, welches der König unterschreibt, und von dem gesandten bey der ersten privat-audienz übergeben, jenes aber bey der ersten öffentlichen audienz behändigt wird,

DE CALLIERES *de la maniere de negocier avec les souverains, cap. II p. 158.*

jedoch in dem fall, wenn ein gesandter an einen dritten ort abgehet, um mit andern fremden gesandten auf einem congresß

congress zu handeln, er bey solchen nur blos durch eine vollmacht, mittelst einverleibung der qualität des gesandten, ohne credenz-schreiben seine person legitimire,

Idem l.c.

worzu noch kommet, daß dergleichen betragen eines reichsstands, nach der lehre des CICERO, wider das gast-recht laufe,

IO. SCHILTER de iure hospitii P. 2. §. 7. p. 134.

Dennoch aber und dieweil ein gesandter lediglich vor einen mandatarium seines fürsten zu halten ist,

CORN. VAN BYNKERSHOEK in quaest. iur. publ. L. 2. cap. 7. p. 228.

NIC. HIER. GYNDLING in iure natur. cap. 36. §. 167. p. 486.

und dahero wegen seines obhabenden caractere, den man sonst rechtlicher art nach, nicht wissen würde,

Vid. DE CALLIERES l. c. cap. 14. p. 173.  
ein creditiv haben muß,

DE WICQVEFORT l'ambassadeur et ses fonctions,  
L. I. sect. 15. p. m. 247.

GOTTFR. STIEVE im europäischen hof-ceremoniel p. 238.

IVL. BERNH. von ROHR in der einleitung zur ceremoniel-wissenschaft, P. 3. cap. 3. §. 41. p. 397.

AVG. FR. MÜLLERS philosophie dritter theil, vom natur- und völcker-recht, cap. 23. §. 2. p. 837. 846.  
absönderlich da dieses das formale ist, wodurch der abgeordnete den caractere eines gesandtens überkommet,

IO. NICOL. HERT in element. prudent. ciuil. P. I.  
sect. 9. §. II. p. 186.



IO. CHRIST. LÜNIG in *theatro ceremon. histor. politico*, Tom. I. p. 374.

und also nicht genug seyn will, daß ein gesandter durch ein creditiv bey denjenigen staaten seine person zu legitimiren suchet, mit welchen er in unterhandlung zu treten gedencket, sondern dieses ebenfalls bey denjenigen stand nöthig ist, bey welchem der gesandte sich eine zeit lang aufzuhalten gewillet, wie dieses der nur angezogene

DE WICQVEFORT l. c. p. 257.

also erhärtet: supposé donc que les lettres de creance donnent le caractère au ministre, et qu'elles le font connoître au prince, a qui les lettres s'addressent, afin qu'il le fasse jouir de sa protection et celle du droit des gens, il s'ensuit que les princes qui n'ont point de connoissance du caractère, ne sont pas obligés de respecter le ministre. Aussi ne pechent ils point contre le droit des gens, s'il le traittent d'égal avec les autres particuliers,  
und p. 259.

l'ambassadeur ne peut se faire respecter, si non auprès du prince, pour lequel il a des lettres de creance: tous les autres souverains ne le peuvent considerer ny traitter, que comme une personne particulière, *ingleichen*

DE CALLIERES l. c. cap. II.

et c'est cette lettre qu'on appelle de creance, qui établit la qualité de celui qui la rend, laquelle par cette raison y doit être spécifiée, *ausdrücklich erforderd, sodann eben dasselbe*

PETR. MÜLLER de *residentibus eorumque iurib.*

cap. 5. §. 4. p. 59.

noch weiter bestärcket, daß nemlich ein gesandter, so sich an einem ort aufzuhalten gedencket, ebender keine ehren-bezeigungen

gungen und freyheiten allda verlangen könne, bis er sich bey dem herrn des landes durch ein creditiv legitimiret habe, in rechtlicher betrachtung, daß die ehren-bezeigungen und freyheiten, welche einem gesandten angedeihen, lediglich in absicht seines herrn ihm zu gut kommen,

P. FRANC. SCHMIER in iurisprud. publ. vniuersali, L. 4. c. 4. sect. 4. §. 3.

IAC. BERNH. MVLZ in maiest. imperator. suo iuri asserta, P. 2. cap. 21. membr. 3. §. I. n. 46. et n. 36.

FRANC. FRIDER. L. B. AB ANDLERN tom. 2. constitut. imper. P. I. p. 793. n. 12.

und dahero billig ist, daß derjenige fürst, welcher an einem auswärtigen ort, in der person seines abgesandten, ehre und freyheit, auch vor diesen schutz genüssen und haben will, den herrn des gebiets durch ein schreiben oder creditiv deswegen behörig begrüssen müsse, weil ein staat des andern seinen bedienten oder gesandten ehren-bezeigungen und freyheiten, auch schutz aus eigener bewegnis und blosser höflichkeit nach den maaßregeln des natur- und völcker-rechts zu ertheilen, nicht verbunden ist, zumahl vvo es an ihn vorher nicht gebübrend gesonnen vword.

DE WICQVEFORT l. c. p. 259.

Conf. SAM. PVENDORF de iure natur et gentium, L. 3. cap. I. §. 3. p. 294.

gestalt die ehren-bezeigungen und freyheiten der abgesandten aus einer blossem höflichkeit herrühren, und also dieselbe aus einer rechts-verbindlichkeit nicht hergeleitet vverden mögen,

AVG. FRID. MÜLLER l.c. p. 845.

Add. PVENDORF l.c. L. 2. cap. 3. §. 23. p. 218.

D 3 folglich,



folglich, vvenn dergleichen durch einen fürsten bey dem andern gebührend und gewöhnlichermassen nicht gesuchet voverden, dieser nicht gehalten ist, dessen gesandten ehren-bezeigungen anthun zu lassen und ihm freyheiten zu gönnen,

Conf. SCHMIER l.c. §. 2. n. 123. p. 383.

bevorab, vvo die unterlassung der legitimation gar aus verachtung geschehen solte, sitemahl in diesem stück ein teutscher reichs-stand die legitimation von eines auswärtigen potentatens gesandten eben so gut und mit eben dem recht fordern kan, als ein anderer souverainer staat solches begrebet, angesehen den ständen des reichs solenne gesandschaf-ten anzunehmen allerdings zukommet,

IAC. BERNH. MVLZ in maiest. imperat. iuri suo asserta, P. 2. cap. 21. membr. 3. n. 135. p. 710.

SCHMIER l.c. p. 375. n. 47.

vorietzo nicht zu gedencken, daß, vvenn einem gesandten eine stadt zum auffenthalt gut genug ist, darneben der herr sothaben gebirths oder landes dergleichen abgesandten schutz und freyheiten zu geben, nicht minder ihm die gewöhnliche ehren-bezeigungen vviederfahren zu lassen, im stand sich befindet, alsdann ein solcher herr eben die ehre und höflichkeit von dem fürsten, vvelcher den gesandten abordnet, verlangen kan, vwelche jener den übrigen staaten, an vwelche er sonsten gesandten abfertiget, in absicht eines ehren-briefs oder creditus vviederfahren läset,

Vid. PVFENDQRF l.c. L. 8. cap. 4. §. 19. p. 1186.

und vwie diesfalls ein schreiben von einem ministre oder staats-secretar nicht hinreichend geachtet zu voverden pfleget: also ist auch solches in gegenwärtigem fall nicht hinlänglich, sondern es muß in diesem stück ein von dem fürsten selbst



selbst unterschriebenes creditiv oder ein ehren-brief von demselben durch den abgesandten zu seiner legitimation beygebracht vverden,

AVG. FRID. MÜLLER l.c. p. 838.

Conf. DE WICQVEFORT l. c. p. 259.

Add. IAC. BRVNNEMANN de iure ceremoniali  
circa legatos §. 16. p. 19.

inmassen es sonst das ansehen gevinnen dürfte, als vvenn der auswärtige fürst gleichsam einer seruitutis dominantis über einen teutschen reichs-stand sich anmassen vvolle, kraft welcher seine gesandten angenommen vverden müsten, vvelches doch nach den regeln des völcker-rechts nicht angehet,

SCHMIER l.c. sect. 4. §. 1. n. 118. p. 383.

zumahl den teutschen reichs-ständen, daß sie nemlich unter dem kayser, als ihrem oberhaupt, stehen, in absicht des gesandschaft-vvesens diesfalls mit bestand nichts in den vveg geleget vverden mag,

SCHMIER l.c. sect. 4. §. 1. n. 42. p. 374.

sondern eben so, wie andere staaten, hierunter gehalten vverden müssen; endlich das gast-recht von einen souverainen ebenfalls gesuchet und durch des andern bevwilligung erst erlanget vverden muß,

SCHILTER l. c. §. 11. p. 137.

So erscheinet dannenhero so viel, daß ein teutscher reichs-stand eines auswärtigen fürstens gesandten, vvenn dieser seine person durch ein creditiv oder durch ein glaub- und ehren-schreiben von seinem souverain nicht legitimiret, nach maßgebung des natur- und völcker-rechts, vveder vor einen gesandten zu achten, noch ein teutscher reichs-stand denselben schutz, ehren-bezeigungen und freyheiten angedeihen zu lassen verbunden.

§. XLII.



## §. XLII.

Saepe autem fieri solet, vt de forma mandati contentio excitetur, id quod Neomagi contigit, vbi legati inter se tandem conuenerunt, vt, ad tollendas controuersias, generalis formula fuerit praescripta, teste IO. CHRISTIANO LÜNIGIO in *sylloge negotiorum publicorum p. 257.* Ibi legitur: *pacti formula de exhibendis nouis instrumentis procuratoriis ad tollendas occasiones disceptationum.*

## §. XLIII.

Quo interea quilibet de huiusmodi litteris credentialibus eo melius iudicare ac naturam eorum facilius animo ac mente concipere queat; subiiciam talem epistolam, quam credituum vocant, ab Innocentio XI. pontifice romano, ad nuncium suum, qui Viennae degebat, missam:

*Cum nos hoc tempore, quo respublica christiana grauissimis intestinorum bellorum calamitatibus miserabiliter affligitur, ex pontificiae charitatis pastoralisque sollicitudinis nobis diuinitus creditae debito, de aliquibus viris, sapientia ac meritorum splendorе conspicuis, nostris et huius sanctae sedis apostolicæ*



licae nunciis ad clarissimos in christo filios nostros  
reges orthodoxos, armis inter se dissidentes, extra-  
ordinarie ablegandis, qui tanquam angeli pacis eos  
nstro nomine ad salubria amabilis animorum con-  
cordiae consilia adhortari, atque domino nostro Iesu  
Christo, qui charitas et Deus pacis, et in cuius manu  
sunt corda regum, suauiter operante adducere, stu-  
derent, serio et mature, totoque animi affectu delibe-  
raremus; tu nobis occurristi, cui ob spectatam in  
arduis nostris et dictae sedis negotiis fidem singula-  
remque prudentiam doctrinam, et in rebus agendis  
dexteritatem et orthodoxae fidei publicae atque  
tranquillitatis zelum, aliasque egregias animi dotes,  
quibus te multipliciter insigniuit altissimus, graui-  
simum extraordinariae, ad charissimum in Christo  
filium nostrum Leopoldum, Romanorum regem illu-  
strem, in imperatorem electum, nunciaturae munus  
potissimum demandaremus. Motu itaque proprio  
ac ex certa scientia et matura deliberatione nostra,  
deque apostolicae potestatis plenitudine, te ad eun-  
dem Leopoldum, regem nostrum, et apostolicae sedis  
praedictae nuncium extraordinarium, cum fa-  
cilitatibus, ad id quoquis modo necessariis et  
opportunitis, ad nostrum eiusdem sedis bene-  
placitum facimus, ac constituimus et deputa-  
mus,

E

mus,



mus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Caeterum te in domino bortamur, ut humeris tuis impositum hoc nuntii munus alacri animo suscipiens, illud ad Dei gloriam, et sanctae maiestatis ecclesiae exaltationem, catholicae fidei conseruationem totiusque christianaë reipublicae bonum sic gerere studeas, ut tu quidem de praecclare gestis tuis non solum apud omnes homines commendationem et laudem in terris, sed imprimis a bonorum operum retributore Deo praemium in coelo consequi merearis; nos vero te desiderio et exspectationi de te nostris respondere laetemur. Datum Romae apud S. Mariam maiorem sub annulo piscatoris die 12. Febr. 1676. pontificatus nostri anno 6.

S. SCVSIUS.

#### §. XLIV.

Diuus Leopoldus imperator legatis suis, ad pacem cum gallis recuperandam Neomagnum missis, varias dedit credentiales epistolas. Prima erat hoc modo scripta, vt Ioanni, episcopo gurensi, ac Francisco Vdalrico, comiti de Kinsky, huicque sigillatim, nec non Theodoro Altheto Henrico Stratmanno facul-



facultas agendi concederetur. Quum vero rex sueciae reconciliator pacis postea electus esset, aliud mandatum, in quo regis sueciae, tanquam pacis sequestri, mentio iniiciebatur, producebant legati caesaris. Et quum pontifex arbitri partes in se quoque suscepisset, illi nouam agendi facultatem adferebant, quam instrumentum nouum procuratorum vocabant. Ut cernas formulas, quibus partim facultas agendi tribuitur legato, partim, si plures sint, praescribitur, qua ratione hi negotia expedire possint, velim, legas litteras Leopoldi imperatoris, apud IOAN. CHRISTIANVM LÜNIG in *negotiorum publicorum sylloge* p. 213.

### §. XLV.

Interdum caesar, quando commissarium ad ciues suos mittere solet, his mandatum in forma, ut loquuntur, patentium concede-re solet. Id quod factum legitur anno cIɔ Iɔ c xci. quum Christophorus, episcopus neostadiensis ad hungaros mitteretur. Seruat eiusmodi litteras IOANNIS CHRISTIANI LÜNIG *sylloge negotiorum publicorum* p. 1089.

E 2

§. XLVI.



## §. XLVI.

Pro diuersitate circumstantiarum variare solet litterarum credentialium argumentum et numerus. Miserat angliae rex, Carolus II., Skeltonum, vt legati munus in aula caesaris susciperet. Verum enim vero, quum ille commeatum a lotharingiae duce ex voto obtinere non posset, et tandem eum fuisse adeptus, Carolus, quem dixi, alias litteras credentiales legato suo misit:

*Credentiales serenissimi regis angliae posteriores pro domino Skelton, legato suo, cum is post impetratos produce lotharingiae saluos conductus intermissum iter denuo ingrederetur.*

## CAROLVS SECUNDVS CET.

*C*aesarea Vestra Maiestas procul dubio acceperit, nos ante aliquot elapsos menses dilectum et fidellem nostrum Beuil Skelton armigerum, nobis ab intimis cubiculis, ablegatum nostrum extraordinarium ad aulam caesaream mandasse, et quam ob causam tantam in dicto itinere suo moram fecerit, scilicet ob difficultates super litteris salui conductus Lotharingicis enatas. Faremur illum casum adeo nobis nouum et plane inexpectatum superuenisse, ut dictum

dictum ablegatum nostrum ubicunque loci in itinere  
suo foret, subsistere necesse duxerimus, usque quo  
obicem hunc e medio sublatum cerneremus, viamque  
integralm et liberam ad negotiationem ardui operis  
pacis vniuersalis incundam Caesareae Vestrae Ma-  
iestati praesentare nobis liceret, quo tandem effecto,  
amotis dictis difficultatibus litteris salui conductus  
Lotharingicis modo et forma desideratis iam con-  
cessis, dicto ablegato, ut iter suum prout primum sta-  
tueramus, prosequeretur, in mandatis dedimus, hoc  
a Caesarea Vestra Maiestate rogantes, velit eum pro  
ea, quae inter nos intercedit, amicitia acceptum  
habere, ipsique integralm adhibere fidem in omnibus,  
quae nomine nostro de tempore in tempus proposue-  
rit et exponet, in iis autem potissimum, quibus de  
singulari nostro in eius personam studio et affectu  
Maiestatem Vestram Caesaream certiorem fecerit, ut  
et quantum nobis cordi est, ut in omnibus quae me-  
diatorium nostrum munus tangunt, quo par est modo  
in negotio tanti momenti nosmet ipsos liberemus,  
quod ut finem et exitum sortiatur felicem Caesareae-  
que Vestrae Maiestati gratum et acceptum, Deum  
optimum maximum quotidie rogatum habemus, cu-  
ius sanctae tutelae Caesaream Vestram Maiestatem  
ipsiusque res omnes ex animo commendamus. Da-

E 3

bantur



bantur in palatio nostro de Witehall 6. die Iunii anno domini 1676. regnique nostri 28.

Caesareae Vestrae Maiestatis

*Amantissimus frater et consanguineus*  
CAROLVS REX.

*J. Williamson.*

§. XLVII.

Eidem Skeltono Carolus rex in caussa  
Guilielmi illius Fürstenbergii sequentes litteras credentiales, caesari adferendas tradidit:

*Credentiale alterum regis angliae pro eodem legato.*

Serenissime, Potentissime cet.

*C*um Deo visum sit conatus nostros omnes, quos ad congressum renouandum facilitatemque de magno illo pacis generalis opere ineundo adhibuimus, successu laetissimo beare, ut difficultates omnes, quae ex praecipuis negationis istius praeliminaribus exortae sunt, aut euasas feliciter aut remotas videamus, adeoque ut Caesar. Vestr. Maiest. caussam inde datam speremus, qua ipsius ex parte acquiescat, redacto iam ad spem eam felici pacis futurae tractatu, quam ut Caesareae Vestrae Maiestatis tantopere exoptatam nouimus, speramus equidem, nos non incommodo

de



de id a Caesarea Vestra Maiestate in fauorem principis Guilielmi de Fürstenberg (quod diu nobis in animo fuerit) hoc praesertim tempore expetituros, dignetur scilicet pro innata sua clementia et generositate precibus, votisque hisce nostris concedere, ut principis illius persona principi aut statui neutrali, qualem Caesarea Maiestas Vestra elegerit, durante tractatu commitatur, iisque conditionibus quae ipsi aequissimae videbuntur. Hoc illud est, quod dilecto et fideli nostro Bevil Skelton armigero, nobis ab intimis cubiculis, nostroque apud ipsam allegato extraordinario in mandatis dedimus, ut a Caesarea Vestra Maiestate summis instantiis contenderet, proindeque ab ipsa ulterius petimus, velit pro solito ipsius erga nos affectu aurem ei hac in re facilem fautemque praebere, et quidquid illud sit, quod de dicti principis de Fürstenberg persona, rebusque ante actis Caesarea Vestra Maiestas grauius aliquando senserit, obliuioni interim tradere. Quam quidem gratiam, si intercessioni huic nostrae Caesarea Vestra Maiestas indulserit, dictum principem, tum familiam eius vniuersam omni studio eandem in futurum demeritaram confidimus, eoque nomine erga Caesar. Vestr. Maiest. nos ipsos fideiussores offerre non dubitamus, vti ex parte nostra fauorem hunc in dicti princi-



principis gratiam a nobis iam expetitum tanquam  
nobis datum, Caesareae Vestrae Maiestati nos debe-  
re professuri sumus, de caetero ipsam diuino Numi-  
ni ex animo commendamus. Dabantur in palatio  
nostro de Whitehall 6. die Iunii, anno domini 1676.  
regnique nostri 28. anno.

Caesar. Vestr. Maiest.

*Amantissimus frater et consanguineus*

CAROLVS R.

*J. Williamson.*

### §. XLVIII.

Formam litterarum credentialium, qua  
vfu se est Ludouicus XIII. galliae rex, quum lega-  
tum, cui nomen de la Grange aux Ormes, ad  
comitem de Isenburg mitteret an. c16cxxxii.  
et c16cxxxiv., discere poteris e dn. 10. AD.  
KOPPII *supplemento ad tract. de insigni differentia*  
*inter S. R. I. comites et nobiles immediatos p. 502.503.*  
Alias, a regibus ad comites missas, credentiales  
suppeditat 10. CHRISTIANVS LÜNIG in *theatro*  
*ceremoniali historico-politico* tomo I. p. 1070. 1071.

### §. XLIX.

Quum vero imperatores germanici, qui  
multis abhinc seculis vixerunt, ad alios data  
occasio-



occasione suos legatos miserint; ad horum litteras credentiales, quas his illi tradiderunt, oculos referre constitui. Faciam, ut de iis iudicare queas, si, legere tibi placuerit litteras, quas pontifici romano Gregorio XI. scripsit Wenceslaus romanorum rex, quem legatos, quos vocant, obedientiae, romam mitteret:

*Sanctissimo in Christo patri ac domino nostro domino Gregorio, diuina prouidentia sanctae romanae ac vniuersalis ecclesiae summo pontifici, Wenceslaus Dei gratia in regem romanorum electus semper augustus et rex boemiae cum reverentia debita pedum oscula beatorum,*

*Cupientes feruenti desiderio vobis patri et domino nostro clementissimo et apostolicae sedi zelum nostrae deuotionis offerre, nosque vestris et ipsius sedis beneplacitis coaptare, nostroque et sacri romani imperii statui (sicut expedit) prouidere, venerabilem Ekardum vormatiensem episcopum principem consiliarium, et illustres Amedeum comitem sabaudiae, Raymundum de Baucio principem aurasiensem, Eberhardum de Katzenelbogen comites nec non honorabilem Conradum de Gisenheim decanum spirensem deuotos nostros, nec non fideles dilectos, de quorum fidelitate, legalitate et industria plenam obtinentes fiduciam, fecimus et facimus, constituimus et ordinamus nuntios et procuratores nostros ipsosque ad praesentiam vestram pro nobis et imperii negotiis specialiter destinantes, damus et concedimus eisdem plenam, generalem et liberalem potestatem*

F statem



statem et speciale mandatum, in vestra sanctitatis praesentia deuotionem et filialem reuerentiam, quam erga vos et sacroſanctam romanam ecclesiam matrem nostram sinceris affectibus gerimus exponendi, petendi, procurandi, seu impenetrandi pro nobis et nostris fauorem et gratiam vestram nec non tractandi, explicandi, exercendi, permittendi, offerendi seu praesentandi in animam et super animam nostram debitae vobis sanctae romanae ecclesiae fidelitatis et cuiuslibet alterius generis iuramentum specialiter ad petendum a vobis unctionem, consecrationem et coronam imperii, de sanctissimis manibus vestris nobis impendendam loco et tempore opportunis; ac faciendi omnia et alia et singula, quæ circa huiusmodi nostra et imperii negotia tractanda, explicanda, exercenda, promittenda fuerint seu etiam facienda; quae secundum Deum et honestatem viderint expedire, et quae ad nos promouendum ad romanum imperium fuerint facienda; ac etiam requirenda et caetera facienda, quae regalis excellētia nostra faceret et facere posset, etiam in iis quae mandatum exigunt speciale, et perinde ac si omnes casus, qui mandatum exigunt speciale, essent in praesenti procuratorio specialiter denotati; promittentes nos ratum, gratum et firmum perpetuis temporibus habituros, quicquid in praemissis aut circa praemissa per dictos nuncios et procuratores nostros omnes vel maiorem partem eorum, qui praesentes fuerint, expositum, petitum, impetratum, promissum, iuratum seu factum fuerit aut quomodolibet procuratum.

Volumus insuper saluis praemissis, quod praedicti procuratores et nuntii nostri possint omnes insimul vel maior pars eorum facere procuratorium latius, quam fieri poterit, nomine nostro, in persona nostra sub sigillis eorum ad praedicta facienda, si defectus aliquis fuerit in praedictis. Testes  
huius



huius rei sunt venerabilis Ludouicus moguntinensis archiepiscopus sacri imperii per germaniam archicancellarius, illustris Wenceslaus dux saxoniae sacri imperii archimarcus, venerabilis Ioannes pragensis archiepiscopus legatus sedis apostolicae, nec non illustris Iodocus marchio morauiae, Henricus Bregens; et Bunzalus (*f. Bunzlaus seu Boleslaus*) lignicensis, duces: Nobiles Petrus de Wartemberg imperialis curiae magister, Themotheus de Koldicz imperialis camerae magister, et quam plures alii nostri et imperii sacri fideles dilecti, quos praesentes esse voluimus. In testimonium praemissorum praesentium sub regiae boemiae maiestatis nostrae sigillo testimonio literarum. Dat. et actum Frankfurt anno domini M. CCC. LXXVI. indictione XIV. IV. id. iunii pontificatus vestri anno VI. regni vero nostri boemiae VI.

## §. L.

In eandem plane sententiam scriptae fuerunt litterae credentiales, quibuscum Henrici VII. legati anno ~~cccix~~ missi fuerunt ad pontificem romanum, Clementem V. Seruat illas GOTTOFREDVS GUILIELMVS L. B. DE LEIBNITZ in *mantissa codicis iuris gentium diplomatici* p. 251. sq. Interea testes, qui Wenceslai litteris subscripsérunt, haud obserues in Henrici epistola, de qua dixi. Formam litterarum credentialium, quas Carolus VI, imperator augustus, eadem de caussa

F 2 ad



ad Clementem XI, pontificem romanum, anno c<sup>lo</sup>ccxii. exarauit, et huic redditae sunt ab Hercule Iosepho Ludouicuo Turinetti, marchione de Prie, oratore caesareo, videre poteris in elegantissimo libello collegae sua-uisissimi, dn. CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI, *de legatis obedientiae p. 64. sq.*

§. LI.

Collegium, cui summa imperii erat dela-ta a Carolo V, imperatore, has litteras dedit eis, quos argendoratum miserat:

*Credenz-brief an die stadt Straßburg.*

Friedrich pfalzgraf bey Rhein, hertzog in Baiern, keyserl. Stadthalter, und andere des käyserl. regiments im heiligen reich verordente räthe.

Unsern günstigen gruß und freundlich dienst zuvor, fürsichtige, erfame und weise, besonder liebe und gute freundt, wir haben die wohlgeb. gestrenge, vesten und erbarn, herrn Ulrichen, grafen zu Helfenstein, Sebastian Schilling, ritter, und Sebastian Schmiedt, alle des käyserl. regiments räthe, unser besonder liebe und gute freundt und gn. herren, mit etwas werbung von unsrn wegen bey euch zuthun abgefertigt, wie ir dann von inen vernehnmen werdet, und langet darauf an euch unser günstig beger und freuntlich bitt, ir wollet die-selben unser gesannte gütlich hören, von inen in solchen dis-mals uns selbst glauben, und euch darinn erzeigen, wie die billigkeit erhaischet, und unser vertrauen zu euch steht, das wirdet



wirdet ohn zweivel euch selbst zu gutem raichen, und uns zu  
günstigen und freuntlichen danck von euch kommen, Datum  
Speyer. am 21. tag des monats decembris anno 28.

Den fürsichtigen, erfamen und weisen maister und den  
gantzen rath der stadt Straßburg, unsern besondern lieben  
und guten freunden.

### §. LII.

Hoc tamen velim, probe obserues, quod aliquando praeter mandatum generale legatus etiam adferre soleat alias adhuc litteras, quas credentiales vocant, prout factum legimus, quum principes euangelici legatos ad Carolum V. teste IO. IOACH. MÜLLERO in der historie der evangelischen stände protestation p. 172. amandarent. Ast hoc, tanquam exceptio non infringit regulam, quam §. VII. formaui.

### §. LIII.

Quod denique ad subscriptionem et examationem litterarum credentialium attinet; de hac verba DE WICQVEFORT loc. cit. p. 259. audire iuuat: „les lettres de creance „s'expedient d'ordinaire dans la chancelle- „rie, c'est a dire qu'elles sont scelleés du petit „sceau, ou du cachet, et contresignées d'un „secretaire d'état, ou de quelque autre mi- „nistre, qui en fait la fonction. Toutefois cela



„cela n'est pas absolument nécessaire: tant  
 „parce qu'en Allemagne et ailleurs, ou les  
 „princes signent les depeches eux mêmes, ils  
 „les font contresigner fort rarement: que  
 „parce qu'il depend du prince, a qui le mi-  
 „nistre est envoyé, de se contenter de la for-  
 „me qu'on leur donne et il peut avoir la  
 „même considération pour une lettre du ca-  
 „binet, que pour une expedition de la chan-  
 „cellerie,

### §. LIV.

Litterae credentiales, quas ad ordines foederatos mittere solent ciuitates exteræ, scriptæ sunt vel vna ad ordines foederatos cunctos, vel ad singulos. Sic quum de St. Roma in nomine regis galliae ad heluetios abi-  
 ret, is adferebat litteras credentiales, ad XIII. heluetiae ordines coniuncte scriptos. Dein cuius ordini e XIII. pagis heluetiorum episto-  
 lam attulit credentiam, nec non tres ad ci-  
 uitates Geneuam, et reliquas, denique eius-  
 modi epistolam abbati sangallensi tradidit  
 regis nomine.

### §. LV.

Ludouicuſ XIV. galliae rex anno c<sup>lo</sup>  
 LOCLXXIV.



I<sup>c</sup>C LXXIV. misit legatum ad polonos, qui litteras credentiales adferebat alias ad omnes reipublicae proceres, alias iterum ad senatores, alias ad belli ducem Sobieskium, alias ad mareschallum regni, alias ad archiepiscopum gnesnensem, alias ad gazae custodem, alias ad procancellarium, alias ad cancellarium lithuaniae, et XII., in quibus nomen non erat inscriptum, eo fine, ut legatus ei, cui visum fuerit, illas traderet. Anno cI<sup>c</sup>  
 I<sup>c</sup>C LXXVI. marchio de Bethune, qui apud polonos regis galliae erat orator, litteras credentiales, a rege suo missas, dedit regi, reginae, Lubomirskio, cancellario lithuanorum, thesauri praefecto aliisque regni ordinibus. Anno cI<sup>c</sup> I<sup>c</sup>C LXXX. episcopus de Beauvais legatus galliae regis XI. litteras credentiales in poloniam adferebat, quas regi aliisque proceribus tradebat. Testem huius rei habeo IOANNEM CHRISTIANVM LÜNIG loc. cit. tomo II. p. 1560.

### §. LVI.

Legati ordinum foederati belgii aliorumque extraneorum procerum europae, qui legatos



tos Ratisbonam mittere solent, his litteras, ad magistratum ratisbonensem scriptas, tradere solent, quo hic illis legatorum habeat honorem.

### §. LVII.

Quum Fridericus Spanheim ab ordinibus foederati belgii anno cIc Icc xcviI. Ratisbonam mitteretur, vt in loco, vbi comitia imperii habentur, legati munere fungeretur, legati procerum imperii litteras eius ipsi reddendas esse censuerunt, partim quia muneris eius seu characteris nullam mentionem fecerant belgae foederati, partim quia verba honoris, quibus compellari solent ordines imperii, his displicuerant. Historiam litigii huius recenset IO. CHRISTIAN. LÜNIG loc. cit. p. 1041-1045.



155053

8

AB 155053

KL 468 nd





B.I.G.

Black

3/Color

White

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres  
Inches

Farbkarte #13

# IESTOR

RD. TRIBVNALIS SERENISS.  
AE EST FAC. ICTORVM  
EGII ADSESSORIS

IVM

# R E LITTERAS

SANT

# TIALES ATIS.



E  
LITTERIANA  
C XXXX,

